AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE

Klosterneuburg, 1508 Seite 16v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=390
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Rursus eciam qui aliquid videbantur esse in seculo non
habeant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam soci
etatem ex paupertate venerunt. magis autem studeant non
de parentum divitum dignitate; sed de pauperum fratrum
societate gloriari. Cavere debent fratres. qui ad societatem
sanctam venerunt. et communem vitam. ut non habeant alterum
fastidio. quia eo dicior vel nobilior fuerit. sive sapiencior.
quoniam sicut dicit apostolus. Infirma mundi elegit deus. et igno
bilia et contemptibilia. ut non glorietur omnis in conspectu eius.
scilicet neque potens in potencia sua. neque sapiens in sa
piencia sua. neque dives in diviciis suis. Non est perso
NB narum accepcio apud deum. Nam idem dominus dives in omnes
qui invocant illum. Bene autem non de divitum parentum.
sed de pauperum fratrum societate precipimur gloriari. quoniam ipse
qui dives est in gloria sua. pauper factus est in nobis. nec di
vitibus sed pauperibus dignatus est sociari. Unde et nos
pauperes sumus propter ipsum. quoniam pauperibus promissum est regnum.
Gloriari quidem de diviciis pertinet ad vanitatem mundi;
gloriari autem de paupertate pertinet ad beatitudinem. Nec
extollantur si communi vite aliquid de suis facultatibus